

Ex B. Libr. S. Librariae des. A. Coll. de la Comp. de St. P. de Salamanca



R. P. PETRI
LEURENII
SOCIETATIS IESV

VICARIUS
EPISCOPALIS,
IN
QUATUOR TRACTATUS
DIVISUS.



R. P.

PETRI LEURENII

*Societatis JESU, SS. Theologiae Doctoris,
& SS. Canonum Professoris*

VICARIUS
EPISCOPALIS,

SIVE

TRACTATUS

QUATERNARIUS

PER

QUAESTIONES & RESPONSA
CANONICA DEDUCTUS,

*Materiam hodie in Ecclesiis Metropolitanis
& Cathedralibus quotidiano ferè usu celeberrimam,*

PUTA DE

EPISCOPORUM VICARIIS,

Quales sunt & in Jure dicuntur:

VICARIUS EPISCOPI GENERALIS,

EJUSDEMQUE COADJUTOR,

CAPITULUM SEDE VACANTE,

ET ARCHIDIACONUS,

Complectens.

*Opus methodo nova & clara, brevis Indicibus; uno Tractatum, Capitulum
Paragraphorum, & Quaestionum; altero rerum, & materialium in eis
contentarum accuratè ac copiosè instructum,*

COLONIAE AGRIPPINAE,

In Officina JOANNIS WILHELMI FRIESSEM, p. m.

Apud IOANNEM EVERHARDUM FROMART, Bibliopolam

am Hoff è regione plateae vulgò Sporgass-

Anno M. D. CCVII.

Cum Permissu Superiorum, & Privilegio Caesarea.



Reverendissimo ac Perillustri DOMINO,
D. JOAN. ARNOLDO
DE REUX,

JURIS UTRIVSQUE DOCTORI,
 PROTONOTARIO APOSTOLICO,

Serenissimi & Reverendissimi Archi-Episcopi, ac Principis
Electoris Coloniensis

D. JOSEPHI CLEMENTIS,
 Utriusque Bavariz Ducis &c.

CONSILIARIO AULICO, & in Spiritualibus per Civitatem & Archi-
 diaecesim Coloniensem

VICARIO GENERALI:

Archidiaconalis Collegiatarum SS. Cassii & Florentii Bonnenf.
 ac S. Petri in Villica ecclesiarum CANONICO
 CAPITULARI, &c.

Reverendissime & Perillustris Domine.



Generalis Christi Vicarius, & Doctor gentium Paulus non immeritò exclamat: *O altitudo divitiarum sapientia & scientia Dei! quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & irvestigabiles via ejus! quis enim cognovit sensum Domini, scientiarum omnium abyllum? unde omnes omnigenarum in nos scientiarum rivuli dimanare necesse est; in se tamen manet investigabilis.* Sic non caret mysterio,

quòd liber ille, quem apocalyptica vidit aquila Ioannes clausum, & obli-
 gnatum sigillis septem, scriptus erat intus & foris, eumque licet nulli fas sit referan-
 di; de foris nihilominus & inspiciendi, & legendi, imo & scribendi tam co-
 piofa est data facultas, ut *faciendi plures libros nullus sit finis*, dicat Ecclesiastes,
 omnium sapientissimus Salomon, tot millium parabolarum, carminum & di-
 sputationum auctor. Serenus Sammonicus duo & sexaginta librorum millia
 legitur habuisse: Ptolomæo Philadelpho fuit Alexandriae bibliotheca qua-
 draginta millium librorum: Origenis sena librorum millia se legisse refert
 D. Hieronymus, ipse solus ex se integram eruxus bibliotheca; libros tamen



TRACTATUS DE VICARIO GENERALI EPISCOPI. CAPUT PRIMUM.

De Vicarii nomine, definitione, variis speciebus, constitutione, qualitatibus.

PARAGRAPHUS I

Vicarius Episcopi quis propriè sit, & quibus de cetero ad nomen competat?

Questio 1. Utinam in iure, & à quibus potissimum hæc materia de Vicario Generali Episcopi tractetur.

Respondeo ad primum; In iure exstat titulus 28. l. 1. de officio Vicarii: verùm ibi potissimum tractatur de Vicariis beneficalibus, nec non de Vicario Papæ est c. p. Idem est titulus 13. l. 1. in sexto: sed magis ibi de Vicario jurisdictionis, seu Episcopi.

2. Respondeo ad secundum. Tractare hanc materiam de Vicario Generali Episcopi Authores solent ad c. ult. de officio Vic. in 6. In specie verbò tractavit illam speciali tractatu Jacobo Sbrozio, Paris. de resignat. benef. l. 7. q. 24. Loucellor, Instit. Juris Gen. l. 1. tit. de officio Vic. Zechus de rep. ecclesiast. c. de Vicar. Episc. Leo. Thes. fore. ecclesiast. p. 1. c. 10. Rebus. in pract. benef. tit. de Vicar. Episc. & Rubric. Vicariatus Apostol. Sanchez. de matrim. l. 3. d. 29. Garc. de benef. p. 2. c. 3. Zerola. in pract. Episc. p. Vicar. Barbo. Juris Eccles. l. 1. c. 15. & in sum. decisum. Apostolic. p. Vicar. Aldan. compend. resolut. canon. c. 43. & plures alii apud Garciam loc. cit. Ex recentioribus verò Lottet. de re benef. l. 1. q. 23. n. 124. & seq. & Alaud. q. 16. n. 67. & seq. Pirh. ad rit. de officio Vicar. fol. 2. per 2. 55. Pax Joud. l. 12. tit. 1. Ventriglia Tom. 2. annot. 14. per 2. 55.

Questio 2. Nomen Vicarij unde, & qui hoc nomen in iure derivat?

Respondeo ad primum. Vicarius dicitur à vicere quam gerit, vel quia alicujus numeri vel loco succedit. Sbroz. de officio Vicar. l. 1. q. 1. n. 2. citans Ciceronem in Verrem ad. 6. ubi sic succedam ego Vicarius unumque suo. Et in Epistola Augustini à Propertio, P. Levan. Vicarius Episcopi.

quod quibus rebus ipsi interire non possimus, in his vicarias fides amaranum sapientur. Unde

1. Respondeo ad secundum. Latissime sumenda hoc nomen, veniunt sub eo, quotquot vices aliorum, in quorum locum sufficienter, gerunt. Azor. instit. moral. l. 3. c. 6. q. 1. Sbroz. loc. cit. q. 2. n. 6. Aliquando strictius hoc nomen usurpatum in Jure civili, & veniunt sub eo, quotquot in locum alterius Magistratus, absentis scilicet, vicarii aut impediti, substituantur ab eis, qui à lege hanc substituenti potestatem habent. Barbol. Jus. Eccles. l. 3. c. 6. n. 1. In iure namque civili Magistratus & Judices Vicarios suos habere posse, quorum opera utantur, patet ex tit. eod. de officio Vicar. Strictius adhuc in Jure Canonico, ut dicantur Vicarii, qui legitimam auctoritate constituti sunt, ut Episcopi alternimve Prælati, Parochii, aut Clerici vices gerunt in divinis mysteriis celebrandis, aut jurisdictione exercenda. Pirh. ad rit. de officio Vicar. num. 1. Siquidem in Jure Canonico testè constitutum consistit, Prælati & Rectores Ecclesiarum, qui quandoque variis negotiis occupati non omnibus, quæ officij ratio exigit, interesse, eaque per se præstare possunt, Vicarius sibi adhibere valeant, quorum opera in officiis sibi commissa uterentur, ne quid in his eam damno Ecclesie negligatur.

Questio 3. Qualiter Vicarius differat à viceregerente, locumtenente & delegato?

Respondeo ad primum, & secundum: qui ab ipso Prælato constituitur in loco Vicarii dicitur vices gerens: qui verò ab ipso Vicario sibi ipsi substituitur, dicitur Locumtenens; cum Vicarius Vicarium sibi substituisse non dicitur juxta c. Clericos, de officio Vicar. Barbol. loc. cit. n. 4. & 5.

2. Respondeo ad tertium: Vicarius non nisi per ordinariam jurisdictionem, quam gerit, collingitur à delegato. Sbroz. l. 1. q. 28. n. 7. & 8. ubi et ex Bartol. illum intelligi Vicarium, qui gerit in eodem loco vices Ordinarii, in quo ipse Ordinarius judicare solet; aliàs esse delegatum, & non Vicarium, etiam si speciali titulo Vicarii creator. Pro quo etiam ciat Marsat. de ordin. judic. p. 4. distict. p. princip. n. 8. Dodec. de pract. quest. 1. q. 2. n. 8.

quomplures alios juxta expressam textum Trid. *sess. 24. c. 12. ubi: Archidiaconi, etiam qui oculi dicuntur Episcopum, sicut in omnibus ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, aut Licentiatum in Jure Canonico.* Proinde jam non sufficit Doctoratus vel Licentiatum in Jure civili vel Medicina, *Garc. loc. cit. num. 37. ex Navar. in Manual. c. 25. num. 135.* Unde jam etiam, ut *Barbol. loc. cit. Stylus curia* inharendo isti Decreto Concilii exigit in promovendo ad Archidiaconatum gradum Magisterii in Theologia, vel saltem in Jure Canonico; ita ut, dum porrigitur supplicia pro Archidiaconatu hujusmodi obtinendo, ea aliter non signantur, quam si positivè narratum sit, Oratorem esse Magistrum in Theologia aut Doctoratum in Jure Canonico vel Licentiatum: vel si talis non sit, non aliter rescribatur supplicationi, quàm sub hac clausula: *Quod dictus Orator infra annum proximum Magisterium in Theologia seu Doctoratus aut Licentiatum in Decretis gradum previo examine in aliqua approbata Universitate studii generalis, ac alias servatis servandis suscipere omnino tentatur; alioquin præsentis gratia nulla sit, ipse Archidiaconatus vacet eo ipso.* Unde etiam patet, tales debere esse promotos in Gymnasio publico, *Garc. loc. cit. num. 40. ex Zecho de rep. eccl. c. 24. de Causis, num. 3. live, ut verba dicta clausula habent; in Universitate approbata studii generalis, ita ut aliis gradus illi non suffragetur ex Bulla Pii V. Barbol. loc. cit. num. 7. citans Maslob. in pr. hæres. Concurs. r. equis. 10. ad. 6. num. 6. Novat. in singul. Canon. conc. 41. num. 4. Squillante &c. Adeoque nec Doctoratus ex privilegio ad hujusmodi dignitatem pro-*

moventi valet, *Barbol. loc. cit. num. 7. citans Novat. in 99. forens. 9. 143. conc. univ. Menochium de arbit. casu. 425. num. 42. &c.*

2. Extenditur hoc ipsum Decretum Tridentini non solum ad Archidiaconum majorem, sed ad omnes, ubi fortè plures sunt in ecclesia hac dignitate cum jurisdictione fulgentes. *Pignat. Fagn. loc. cit. ad quoddam Concilium loquatur indefinitè, Quamvis tamen uterque addat, propter verba illa Concilii: ubi fieri poterit: dum agitur de optione, que competit tantum Canonico antiquioribus, & non est sublata per Tridentinum. si inter omnes Canonicos adsit aliquis Doctor, illi dandum esse Archidiaconatum vacantem, & non antiquiori; si autem nullus adsit Doctor, admittendum esse antiquiorem Canonicum licet non Doctorem.*

3. E contra non extenditur ad illos Archidiaconos, qui omni proorsu curia animarum & jurisdictione carent. *Pignat. loc. cit. num. 42. in fine. Garc. loc. cit. num. 39. recitans num. 41. Quatuor pro hoc expressas S. Cong. Concilii declarationes. Barbol. loc. cit. num. 6. citans Piassec. in pr. Episc. p. 2. c. 3. num. 29. & plures alias. Porro si ex consuetudine ecclesie alicujus potestas & jurisdictione aliâ de jure competens Archidiaconum compereret Archipresbytero, deberet esse Doctor* *vidisti Decreti Trident. Garc. loc. cit. num. 42. et*

Menoch. de arbit. casu 425. numer. 42.

Barbol. loc. cit. num. 7. in fine citans

Rigium part. 4. decis. 248.

FINIS.

